

Aleksander Soczewka

Dialog Kaspra Pętkowskiego S. J. poświęcony Marcinowi Kromerowi

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawnohistoryczny 18/3-4, 251-273

1975

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

**DIALOG KASPRO PĘTKOWSKIEGO S. J. PÓŚWIĘCONY
MARCINOWI KROMEROWI**

I. Wstęp

W szeregu dochownych, którzy zaznaczyli swój udział w polskiej twórczości prawnej ma swoje zasłużone miejsce Marcin Kromer (1512—1589), biskup warmiński. Jego działalność i twórczość przypadły na „wiek złoty” myśli prawnej.¹ Przygotowanie otrzymał w Akademii Krakowskiej i za granicą: w Padwie, Bolonii, Rzymie, gdzie zdobył pełną wiedzę humanistyczną, historyczną i prawną ukoronowaną doktoratem obojga praw (1540).

Działalność dyplomatyczną rozpoczął wcześniej. Jeszcze przed zagranicznymi studiami w roku 1533 przyjęty do kancelarii królewskiej w Wilnie redagował listy królewskie mniejszej wagi. Po wstąpieniu do stanu duchownego spełniał odpowiedzialne obowiązki na dworze biskupa krakowskiego Gamrata, potem sekretarzował długie lata (1548—1558) w kancelarii królów Zygmunta I i Zygmunta Augusta. Zaznaczył swój udział w synodach — Piotrowskim (1542), gdzie wygłosił mowę „O godności stanu duchownego” i Krakowskim (1549), gdzie z polecenia biskupa S. Maciejowskiego zagał obrady. Był obecny na Soborze Trydenckim. Odbył też wiele misji i poselstw czy to z ramienia biskupów, czy królów. W 1548 r. posłował do papieża Pawła III. Kilkakrotnie udawał się z misją do cesarza Ferdynanda I w Wiedniu. Pierwszy raz w 1547 r. po śmierci królowej Elżbiety towarzyszył Mikołajowi Radziwiłłowi Czarnemu w celu uregulowania kwestii spadkowej. Następnie w latach 1553 i 1554, kiedy to w czasie podróży uległ wypadkowi złamania obojczyka z powodu wyróceniu się wozu. Czwartą misję odbył w r. 1556, a lata 1558 do 1564 spędził przy cesarzu na stanowisku posła. Okazał się jednak słabym dyplomata ulegając politycznym koncepcjom Habsburgów.² Na przełomie roku 1569/70 odbył podróż dyplomatyczną do Rostocku i na kongres szczeciński z misją trudną i bezskuteczną pojednania Danii ze Szwecją. Ostatnią część życia poświęcił pracy duszpasterskiej na Warmii, najpierw jako koadiutor biskupa Hozjusza (1570—1579), a po jego śmierci od sierpnia 1579 r. jako ordynariusz diecezji. Zmarł w Lidzbarku 20 marca 1589 r.

Twórczość pisarska M. K o m e r a jest przebogata zarówno pod względem ilości napisanych dzieł, jak też pod względem szerokiej ich tema-

¹ Eugeniusz J a r a, *Twórczość prawna duchowieństwa polskiego* (966—1800) w: *Sacrum Poloniae Millenium*, Rzym 1954. T. I ss. 253—390.

² H. B a r y c z *Polski słownik biograficzny*, Ossol. 1970 T. XV. s. 324.

tyki. Pisał poezję, przekładał Arystotelesa i Jana Chryzostoma, ogłaszał (anonimowo) dialogi w języku polskim pt. „Rozmowy dworzanina z mnichem”, układał orędzia, mowy synodalne i pogrzebowe, a także napisał moralistyczną powieść ludową ostatnio na nowo wydaną — „Historia prawdziwa o przygodzie żalosznej księżęcia finlandzkiego Jana i królowej polskiej Katarzyny”.³

W twórczości dominuje oczywiście historia. Pasja badacza dziejów oraz łatwy dostęp do archiwalnych źródeł bogato zaowocowały. Dziesięć lat pracy w kancelarii koronnej (1548—1558) przy porządkowaniu archiwum pozwoliły Kromerowi zgromadzić najcenniejsze dokumenty i naświetlić je we właściwy sposób. Najważniejsze... pisma historyczne „De origine et rebus gestis Polonorum” i „Polonia sive de situ, populis, moribus, magistratibus et Republica regni Polonici libri duo” przyniosły Kromerowi światową sławę historyka i tytuł polskiego Liwiusza. Za prace historyczne Kromer otrzymał publiczne podziękowanie od królów Zygmunta Augusta i Stefana Batorego, a także od Sejmu Warszawskiego w roku 1580.

Dla prawniczej twórczości M. Kromera główne znaczenie ma „Polonia”. W dziele tym autor zajmuje się początkiem prawa polskiego, jak też podaje historię kodyfikacji praw. Stwierdza, że nadmierny zapał ustawodawczy prowadzi do lekceważenia praw przez ludność, relacjonuje stan prawny Polski czasów sobie współczesnych. Szczegółowo opisuje sądownictwo duchowne i świeckie oraz jego jurysdykcję. Proponuje utworzenie sądu apelacyjnego, z której to propozycji skorzystał Stefan Batory ustanawiając Trybunały.

W osobnej pracy zajął się M. Kromer sprawą celibatu — „Orechovius sive de coniugio et coelibatu sacerdotum commentaria” stojąc w jego obronie. Za pracę tę otrzymał słowa uznania od papieża Piusa IV.

Do powyższych dzieł dorzucimy małe pisemka z dziedziny praktyki prawnej, o inwestyturze „De feudo Prussiae” oraz protokół dyplomatyczny przy składaniu hołdu pt. „Homagii ratio”.

O osobie M. Kromera mamy bogatą bibliografię obcą i polską. Niemniej jednak z odkryciem starych rękopisów dochodzą nowe szczegóły dotyczące jego życia i działalności. W rękopisie zwanym wileńskim zatytułowanym „Versus Latini et Graeci ac Poloni in schola Societatis Jesu Vilnae compositi”, przechowywanym w Bibliotece Ossolineum we Wrocławiu (sygn. 1137), na kartach 88—100 znajduje się dialog panegiryczny pod tytułem τω κρωμηρω napisany w języku łacińskim. Autora dialogu, jak też całego prawie kodeksu ustalili i udowodnili Jan Poplatek.⁴ Był nim jezuita Kasper Pętkowski⁵ (1554—1612), nauczyciel re-

³ Opracował J. Małłek, Olsztyn 1974.

⁴ Jan Poplatek S. J., *Studia z dziejów jezuickiego teatru szkolnego w Polsce*, Wrocław 1957.

⁵ Kasper Pętkowski znany jest jako tłumacz uchwał Soboru Flo-

toryki w Kolegium Jezuickim w Braniewie a potem w Wilnie. Pisał dialogi dla sceny jezuickiego teatru szkolnego.⁶

Dialog z dedykacją M. Kromerowi został napisany i wystawiony z okazji objęcia przez M. Kromera biskupstwa warmińskiego, a więc tuż po 5 sierpnia 1579 r. Wystawili go uczniowie kolegium w Braniewie, o czym wspominało w samym tekście dialogu (wiersz 76). Nie mamy żadnego przekazu o sposobie wystawienia tego dialogu oprócz notatki samego Pętkowskiego położonej na końcu dialogu: „Non fuit totus exhibitus, sed tantum principium mutatis quibusdam paucis. Mercurius, Apollo, Branchus fuere tamen.”⁷ Nie wiadomo dlaczego dialog skrócono, może na skutek działania cenzury zakonnej, może wydawał się zbyt długi..

Dialog stanowi jednodziwkę, liczy 714 wierszy. Występują w nim postacie mityczne — Merkury, Apollo, Branchus; historyczne — Arystoteles, Demostenes, Ptolemeusz, Ciceron, Wergiliusz, oraz personifikacje — Religio, Respublica Litteralia. Należy zwrócić uwagę na ciekawostkę kompozycyjną dialogu, mianowicie autor wprowadza na scenę świat duchów łącznie z ich wywoływaniem. Dokonuje tego Merkury zgodnie z przypisywaną mu mocą przy pomocy czarodziejskiej różdżki i zaklęcia w hebrajskim języku.

Panegiryczny dialog pisany przez jezuitę i wystawiony w jezuickim kolegium w obecności adresata rzutuje na stosunek biskupa do jezuitów i vice versa. M. Kromer pierwszy z Polaków zainteresował się świeżo powstałym zakonem jezuitów. Zetknął się z nim w 1553 r. podczas pobytu w Wiedniu. W rozmowie z generałem zakonu Piotrem Kanizjuszem wysunął już wtedy plan przeszczerpienia zakonu do Polski nie tylko ze względów religijnych, lecz również oświatowych. W kraju prowadził propagandę na rzecz jezuitów, zapoznawał koła kościelne z ideologią zakonu, popularyzował jego idee. W ten sposób zjednał sobie miano przyjaciela Towarzystwa. Dialog przygotowany na pierwsze po ingresie odwiedzin biskupa w Kolegium Broniewskim był wyrazem uznania i wdzięczności jezuickiej dla nowego gospodarza diecezji, a jednocześnie prowokacją do dalszych gestów łaski. Autor dialogu nie omieszkał podkreślić zasług politycznych M. Kromera: udziału w sejmie, reprezentacji polskiej do cesarza Ferdynanda, poselstwa w sprawie pojednania Danii ze Szwecją.

Dialog o M. Kromerze naświetla problem współpracy biskupa z jezuitami, wskazuje na popularność Kromera w kraju i za granicą, przedstawia

renckiego wydanych w Krakowie w 1609 r. pt. *Święty a powszechny Sobór we Florencji odprawiony, z greckiego na polski przełożony przez ks. Gaspara Pętkowskiego S. J.*

⁶ A. Soczeńska, *Gaspari Piętkowski viri Poloni e S. J. (1554—1612) Dialogus Paschalis* w: *Humanistica Lovaniensia XVIII* (1969) ss. 117—124 i *Gaspari Pętkowski S. J. Dialogus de Pace ad regem Stephanum Batory* w: *Humanistica Lovaniensia XXI* (1972) ss. 197—220.

⁷ Uwaga J. Lewańskiego, — (przypisek w J. Poplatek dz. c. s. 145) że w wystawieniu dialogu pominięto postacie Merkurego, Apollina i Branchusa wynika z błędnego odczytania noty: „non” zamiast „tamen”

zakres jego zainteresowań, jak też pozwala ustalić miały szczegól biogrograficzny, mianowicie miesiąc urodzin M. Kromera a to na podstawie horoskopu przytoczonego w tekście (wiersz 639 nn) Prapublikacja dialogu będzie więc pożytecznym przyczynkiem w gromadzeniu materiałów do historii nauki i literatury prawa kanonicznego w Polsce.

II. TEKST

| | |
|-------------------------|-----------------------|
| MERCURIUS | DEMOSTHENES |
| APOLLO | PTOLOMAEUS |
| BRANCHUS Puer APOLLINIS | CICERO |
| ARISTOTELES | VERGILIUS |
| RELIGIO | RESPUBLICA LITTERARIA |

episcopum novum excipiunt

ACTUS I, SCENA 1

MERCURIUS (Iamb. trim. acatal.) Quid sim vel veniam et quo vel quid velim?

Si quis rogat, Deum supremum nuncium
Me noverit, nepotem Athlantis et Iovis
Maiaaeque natum sive cui magis placet

- ⁵ Interpretem caelestium licet vocet
Cyllenium caduciferum Hermen, principem
Tegeaticum, Cytharaedum Mercurium Argivum
Quocumque vel alio appellet me is nomine,
Quae suppetunt Diis multa nobis nomina
- ¹⁰ Adsum biverticis de Parnassi iugis
Ab Apolline missus et suis sororibus;
Patulum circumlustrans peragravi ambitum
Orbis, satis fors sicubi sedes congruas
Suaque maiestate dignas cernere
- ¹⁵ Valerem sacrarum et sororum coetibus,
Quae, pro dolor, suis fugatae sedibus
Helicone, Thespi Pieriaque Castalo
Pimplaeo Libethroque Aonia et Hyantiis
Campis aliisque pluribus domibus suis,
- ²⁰ Quondam quae barbarorum nunc protervia
Contaminavit, commigrare Thespiis
Coguntur alio et quamvis non desint domus
Populosa in Europa nigris et Indiis.
Regnum tamen extendere suum ceu condecet,

- 25 Germanus earum praesesque Delius
 Cupiens me vasti orbis lustrare climata
 Voluit adhuc, vacaret numquisnam locus,
 Cum nymphis quo divertere tuto posset.
 Huic iam libet cupita ferre nuncia
- 30 Atque ipse, hem, peropportune, ut conspicer,
 Mihi adversus sese offert; accedam, alloquar.
 APOLLO (hexam. heroic.)
 Branche, cape hunc arcum pharetraque reconde corusca
 Argenta iacula; Aoniam fac inde vicissim
 Expedias citharam! iuvat oblectarier aegram
- 35 Mentem. Nescio, quid laeti pronunciet illa.
 BRANCHUS. Sane, mox faciam. Nil namque lubentius ipse
 Audierim citharam atque tuam sic triste sonatem.
 Arcum iam dudum valeo vix ferre, nec ausim
 Te tamen ipse monere. APOLLO. Facis ceu te decet. At quem
- 40 His cerno? Maia genitum. Quid iam ferat ille?
 Nuncia non dubito quin laeta cupitaque portet.
 MERCURIUS. O clara proles Latonae, arcu argenteo
 Decore, Smyntheu, iussa perfeci tua.
 Emensus orbi vasti longos tramites,
- 45 Connexa denexaque, sursum deorsum, dein
 Sinistrorsum dextrorsum pone ante et retro,
 Circumulustravi Lynceo isthoc lumine
 Tuaque maiestate sedem congruam,
 Fors invenire sacrarumque possiem
- 50 Sororum dignum caelitibus domicilium.
 Locus est tuos ultra Phebesque limites,
 Ultra reverti quem solent equi tui,
 Gemini Triones septem ubi axe fulgido
 Volvuntur, haud procul illo conspecto loco,
- 55 Qui saepe pulsatus Boreae atri frigidis
 Alis graves minus, Note, metuit tuos
 Flatus, salubri gaudent aura plurimum
 Latique terga Oceani porrecta ardua
 Cernit, latices gleba illius pinguis bibit.
- 60 Hic planitie virente gleba et ubere
 Situm oppidum iacet haud muris tam splendidum,
 Loci quam amoenitate delectabili:
 Circum valles corona cingunt florida,
 Illud decore virgultis virentibus
- 65 Hinc agmine leni permeans Paphasia
 Amurmurat susurro inoffenso auribus,
 Ilisus oras qualis lambit Atticas
 Seu Castalii vel Hippocrenes Pegasi
 Vel Aganippes qualis decor est lympeus

- 70 Calce erutae fons. Talis Helicon Phocides
 Talis facies, Parnasi et Aonis sacra.
 Haec loca vetusta quondam gens et aspera —
 Borussi coluere et nunc paulo moribus
 Excultiores Theutones passim colunt.
- 75 Fortis Polonus his aequo iure imperat.
 Braunsbergae lingua patria nomen oppido
 Dedere, punicei montis seu floridi
 Multum novo quod flore vernans cernitur.
 Hanc te putarem sat dignam coloniam,
- 80 Tu forte diversum nisi quid iudices?
 APOLLO. (heroic.)
 Iudicem ego diversum? Quin mi credito
 Haec eadem nostrae est mentis sententia praesens,
 Nec locus ignotus mihi nostrae sive cohorti,
 Pars siquidem colit has sedes opulentiumque sororum,
- 85 Quod te, Cylleni, miror potuisse latere.
 Sed puto (nec fallor) suspitio vana fefellit
 Forte tuam mentem, pestis, contagia saeva
 Quod turbasse ferebantur, prorsusque fugasse
 Musas cultoresque suos: nec rumor inanis,
- 90 Nam suus est magna grex parte fugatus. At ipsae
 Immotae mansere locis, quibus usque morantur,
 Nec prorsus solita interea caruere caterva.
 MERCURIUS. (iambic.) Et vero levis rumor percrebruerat
 Vulgo vacare Braunsbergae musis scholas.
- 95 APOLLO. Istus sed multo miror mage. Tene latebat
 Anni vertentis ter quinos ante recursus
 Illic me posuisse meam sedem atque sororum
 Parte pio monstrante viam sua iussa secutum.
 Ast heu! occidit eximius pater atque patronus,
- 100 Fautor Defensor gregis occidit, eheu!
 Hosius huic nomen fuerat, quem fata maligna
 Invidere virum nobis rapuereque tandem.
 O quantum Aonii coetus dirus, o mea quanta
 Spes luxque occubuit, notum certumque iuvamen
- 105 Ut tali erepto duce sublatoque patrono
 Sit prope curandum nobis multumque verendum,
 Ocia ne quid ibi turbentur nostra quiesque
 Tam mihi chara. Licet nondum plene omnia iura
 Hactenus obtinui comitum nec magna mearum
- 110 Pars habuit sed isthic certumque receptum.
 Nam locus exiguis conclusus finibus ille
 Euterpen simul Uraniam pluresque sorores
 Excludit nostrum et coetum disiungit amicum.
 MERCURIUS. At hoc nec est, quod te vexet cura studii

- 115 Ibi quietem ne quis perturbet tuam:
 Quieto iubeo te esse animo et peroptumo
 Haec sola si remordet cura animum tuum,
 Vates ac augur Phoebe! Ego isthoc non minus,
 Successit qui Hosio praesule, sedes tuas
- 120 Fixas et firmas permansuras auguror,
 Quamvis in hac arte locum tibi do principem,
 Quin evehendas ac amplificandas magis.
 APOLLO. Hem, sublimandas ais? MERCURIUS. Aio.
 APOLLO. Quid decus aut
 Quaere Heliconiadum similis, lux Hosio adempto
- 125 Esse potest alia, aut tanta quis laude refulgens
 Iure viro tali succedat? Dic, age, quaeso,
 Unde, Atlantiade, tam laeta repente suborta est
 Spes animo ista tuo vel quisnam sede locatus
 Quis sit conspicio patris fidiq̄ue patroni,
- 130 Quo duce dilatanda magis mea praedia rere?
 MERCURIUS. (iambic). Vir incliti meriti, laudius, scientiae
 Nulli secundus consilio, prudentia
 Martino veluti Martio nomen datum
 Dignum suis gestis plusquam Mavortiis,
- 135 Lechi tribulis Cromerum et gens extera
 Germani doctique Latini moreque patrio
 Dixere tale fingentes nomen viro.
 APOLLO. (heroic.) Ac quid eum dicis qui, Clivis arte sororis
 Doctilioque Clivis rerum monumenta notatis
- 140 Insignis fama complevit nominis orbem
 Melpomenesque idem clarae documenta secutus,
 At reliquae Aoniae turbae sat cognitus olim
 Quique pio fidus semper fuit Hosio amicus
 Illius atque loci mi culti suasor et author.
- 145 MERCURIUS. (iambici.) Is ipsus, O Deliodee, sive
 multum inclyte
 Cynthii, loci illius praesul factus modo
 Magnamque spem tuis alumnis porrigit.
 APOLLO. Et cuiquam tam clarus vir non cognitus esset?
 Praecipueque mihi, cui tantus iunctus amore est.
- 150 Latipotentis nam mundi sua gloria tangit
 Climata praepetibus pennis super astra levata,
 Ingenium illius quibus huic convestit alas,
 Alas casuras numquam conatibus aevi,
 Nullis interituras frangendasve labore
- 155 Curriculum sacrae Sophiae camposque sonora
 Pallados emensus nocturna opera atque diurna
 Tot monumenta sui ingenii praeclara reliquit.

- Errorum caecas fraudes fictasque refellit
 Illudque egregium longe et pulcherrimum is idem
- 160 Liquit opus summo studio, fide et arte, labore,
 Quo docte celebrat patriae nomenque decusque,
 Martia gesta ducum, regum gentisque Poloniae
 Ingenuos mores compto sermone colorans.
 Haud quisquam melius meritus de gente Polona
- 165 Gesta sua atque decus rutilum quamqui secus axem
 Vexerit atque eius famem diffuderit orbi?
 Quamdiu in orbe genus vivet nomenque Polonum,
 Tam sua fama diu comitabitur inde Cromerum.
- MERCURIUS. Sic rem se habere sat scio: nil huic viro
- 170 Rerum nostrarum est ignotum vel arduum:
 Percalluit sic plane omnes artes meas,
 Ut ipse Divus licet illum haud vincere queam.
 Isthoc pol haud caduceo vis maior est,
 Quam sit suae doctae linguae facundia
- 175 Nec sat equidem novi, an plures summus Deum
 Nuntius ego et legatus obiverim Iovi,
 Deum parenti, supermo atque maximo,
 Legationes quam ille vel tam splendidas.
 Hic Imperatoris celsa ad Palatia,
- 180 Qui Ferdinandi nomine dictus claruit,
 Legatus olim regis directus velut
 In re fuit dictique Augusti nosti puto.
- APOLLO. Novi probe. MERCURIUS. Tanta cum laude et pluribus
 Versatus annis, inde ut vera insignia
- 185 Retulerit is nobilitatis sibi et suis,
 Qui seape (quid commonerem) regni ad consilia
 Legatus eximium semper retulit decus;
 Quid illud, idem ut missus pacis arbiter
 Magnorum regum firmavit socialia
- 190 Dani et Sueci constante pace foedera;
 Non ille (ne multis) ulla in re gloriae
 Concesserit lubens, id do concedoque
 Illi quod ipso digniorem neminem
 Hic cerno, cui non invidiam mea munera.
- 195 Is ipse electus opulenti pontifex
 Est Varmiensis tractus ac sacrum caput
 Redimi fas infula ritu et pontificio
 Triauguratus Braunsbergae adit moenia
 Possesionem accepturus ceu concedet.
- 200 APOLLO. Nam quid ais, Braunsbergae is adest? MERCURIUS. Hunc
 dico ibi adesse.
- APOLLO. O nos felices nostram faustamque coronam!

- Gratulari ut fas est ipsi nobisque vicissim.
 MERCURIUS. Non te putarem abs re facturum Pythie,
 Ipsum salutandum si coetum per tuum
- 205 Cures sibi que fausti faustum muneris
 Preceris initium, rem, si novi hunc satis
 Non, pol, molestam praestiturus principi.
 APOLLO. (heroic.) An ita me agrestem rebare aut mentis egentem,
 Ut nisi commonitus per me nil ipse pararem,
- 210 Id quam ratione queam praestare decenter,
 Iam mecum tacitus studiosa mente revolve.
 MERCURIUS. (iamb.) Id nec mihi est dubium verum simul meum
 Communicare consilium tecum volo:
 Ad ora praesulis simulque libet una progredi.
- 215 APOLLO. (heroic.) Nostraque subito docta est cogenda corona
 Cultorum mittenda ad praesulis ora verendi,
 Rite salutato ut prosperrima quaeque precentur.
 Sed miserum sane quod tempore principis isto
 Adventus cecidit, cum tanta penuria nostri
- 220 Sit gregis; haud paucos suspicio vana fugavit
 Persuasae que luis et contagia condita falso.
 MERCURIUS. Nec cura te isthaec reddat anxium boni,
 Non dubito consulturumque istam penuriam,
 Qua plurimum pollet illa prudentia.
- 225 APOLLO. (heroic.) Acceleremus, ad id quo fiat rite videndum.
 Primum est, qui comites nobis sociique vocandi
 Et nobis digni et venerando praesulis ore,
 Nam neque Maeonias tantum vexare sorores
 Est animus, nec forte id sat credo decoret
- 230 Illarum chorus potero fausta ipse precari.
 MERCURIUS. Isthæc quoque est nostrae mentis sententia.
 Sed quos vocabat comites? Thetin aut Pallada?
 Mox faxo ceu quemvis alium mox ita si lubet.
 APOLLO. (hex). Virginea nolim stipari quippe cohorte:
- 235 Convenit haud nobis, illi nec credo placeret.
 MERCURIUS. (iamb.) Soli ergo eamus, ut duo id magis placet.
 APOLLO. (hex.). Nec sic ire decet nulla comitante corona
 Me, docti regem coetus virum adire verere.
 MERCURIUS. Quos ergo dignos comites aestimas vice?
- 240 APOLLO. Non alios nostri quam sacri lumina coetus
 Palladiis quales olim fulsere Pelasgis.
 Et quorum praesul se dignos cernere vultus
 Percupiat gratoque velit sermone levare
 Taedia, si quando fuerit mens fessa labore.
- 245 Quare age, Cylleni, valeat quidnam ars tua nota,
 Experiare vel an Caduceo sua virtus

- Huic quod fors dextra et quondam laudata facultas
 Insit, defunctos manes, quo suetus ab umbris
 Elisiisque locis superas revocare sub auras:
- 250 Magnus Aristoteles face cum Demosthene, doctus
 Vergilius cumque his Ptolomaeus Ciceroque disertus
 Adsint mox comites. Nec erit, credo, grave factu.
- MERCURIUS. Nil ambigas hac de re Phoebe lauriger:
 Iam, iam videbis, ars quid nostra possiet.
- 255 O virga nunquam frustrata vocatus meos,
 Si quando nunc tua opus est Mercurio opera
 Excire facias tot vita functos viros
- 260 Maschtemah Satan Baal Alluf Isanim
 Iehonion, Helion, Stybaron, Dion, Charon,
 Archon, Scotion, Erynnis, Lato et Atropos
 Hecate, triceps Cerbere, Pluto, Proserpina,
 Triformis, Herebe, Styx, Tisiphone, Lethe age
- 265 Vosque alii Dii inferi manes et Demones,
 Vitalem ad auram istos viros emittite!
 Heus, agite! pulso ter frontem, praecordia,
 Ter vibro virgam, Diis numerus impar placet!
 Statim huc adeste vocati cito! Iam sentio
- 270 Venient statim, nam virga contremittit manu,
 Iam consalutatos licebit alloqui.
 Vos esse salvos volumus, optati viri,
 Est vestra nobis grata sat praesentia.
- ARISTOTELES. (dimetr. iamb.) Num magna nostra numina
- 275 Uti volunt opera adfore
 Iussi aetheris in auras statim.
 Magnum quid esse et arduum
 Putamus, ideo en adsumus:
 Quidvis Dii libere imperent?
- 280 MERCURIUS. Magni excitavi iussu vos Apollinis.
 Quid facto opus siet, ipsus ecce edisseret.
- APOLLO. (heroic.) Quae vos causa, viri, impulerit curare vocari,
 Accipite atque simul vestro gratemini honori:
 Prussiae tractus sacro decoratus honore
- 285 Pontificis, celsa qui dudum sede resedit:
 Vir pietate gravis nobis devinctus amore,
 Nobis et nostrae electus per cuncta cohortit,
 Hic spero (nec vana puto spes) praesul honorem
 Provehet. Actaeum sublimem et nomina vestra
- 290 Efferet in lucem terris his pene sepulta.

- Vivus Aristoteles per Prussica rura fereris
 Ore virum, vives Cicero, Ptolomaeae, Pelasgi,
 Eloquii vives princeps et gloria praestans!
 Vergilii vivet vestrum per saecula nomen!
- ²⁹⁵ Hoc ego vaticinor iam vobis, Augur Apollo!
 Hunc bene si novi occultos animique recessus
 Hunc igitur fas est patrem velut atque patronum
 Quamprimum excipere atque precari, prosper ut is sit,
 Quem rite adgreditur digne functurus honore.
- ³⁰⁰ ARISTOTELES. Profecto nos id convenit.
 Curare cunctos sedulo,
 Mox ut salutetur pater
 Mihi nec ignotus prius.
 Ante extitit plures dies,
- ³⁰⁵ Favoris erga me dedit
 Preclara signa maximi.
 CICERO. (tetram.) Si vellem memorare mihi semper charus meique
 amans
- Fuerit, diei tempus prius me deficeret et copia
 Dicendi, testantur sua id volumina, quae sunt plurima;
- ³¹⁰ Nobis probatum nam loquendi prorsus illa modum exprimunt
 Testesque nostri sunt libri sat atriti sua manu,
 Testes tot obitae ab hoc viro legationes splendidae:
 Quare lubens accedam et alloquar tam charum principem.
 PTOLOMAEUS. (trim.) Nec ego hunc minus lubens accessero Pharius
- ³¹⁵ Cuius favoris praesentissima
 In me argumenta vidi saepius.
 DEMOSTHENES. (trim, acat.) Quis unquam credidisset, quemvis huic
 viro
- Alium fuisse chariorem me magis
 Socioque fido Cicerone eandem copiam
- ³²⁰ Fandi suis gaudet scriptis intexere,
 Oratione sic exprimere, ut nihil
 Videatur aliud nosse: at nunc vos audio
 Omnes commendare illius notissimum
 In vos amorem, ut mirer tantam vim viri.
- ³²⁵ VERGILIUS. (heroic.) Sed nec ego hunc aliis tantum studuisse
 putassem
- Atque mihi, sic me coluit, sic carmen amavit.
 APOLLO. Tempus et hora vocat, linquamus talia abunde:
 Cuivis innotuit de nostra quemque cohorte
 Ipsum sat charum, commendatum sat habere.
- ³³⁰ Quin illud videamus adhuc, quod restat agendum:
 Adproperemus ibique haec cum praesente loquamur.
 MERCURIUS. Ast ubi loco sat commodo hunc et tempore

- Adire, eum videndum esset iam sedulo.
 APOLLO. Ista equidem mecum tacita cum mente revolve
- 385 Et quonam liceat nos percunctarier, utrum
 Pontifici tanto iam nos audire loquentes
 Integrum fuerit, quem Summa negotia Semper
 Distineant. At, at, hem, quaenam ad nos, cerno,
 propinquant
 Ignotae facies, habitum vultumque verendae.
- 340 MERCURIUS. Has sim probe novi, fausta ferunt nuncia.
 APOLLO. Nostin ais? MERCURIUS. Sic est. APOLLO. Quam primum
 decet ipsas
- Excipere, est animus. Multum salvere iubemus
 Ominaque optati contingere prospera menti.
 O quas vos memorem, Divae, nam lumina vultus
- 345 Nil mortale ferunt, coelestes crederem alumnas.
 RELIGIO. Vos etiam multum cupimus salvere vicissim,
 Nomina si quae sint vobis cognoscere mens est.
 Religionis ego sacro cognomine dicor.
 Haec mea fida comes, socia adiutrixque laboris,
- 350 Sat puto nota prius vobis. MERCURIUS. Notissima vero
 Respublica omnibus istis litteraria.
 Verum gradu quo festivo contenditis?
 Elissere oro, Diva, nam sat arduum
 Urgere vos ego autumo negotium.
- 355 RELIGIO. (heroic.) Et vero haud parvi momenti noveris esse
 Nunc opus excipere, optatum fidumque patronum
 Optamus studiumque suo deferre favori
 Eximio, quem Rex superum cumulavit honore
 Frombergense suae curae ac commisit ovile:
- 360 Huius opem cupidis par est nos poscere votis
 Tutis quo nobis liceat munimine firmo
 Auspicioque suo hostiles superare furores.
 APOLLO. Praesulis, heu, sedes petitis? REL. Vero. APOL. Bene sane
 Res habet, en tanto studio vobisque petiti
- 365 Ultro obvenerunt comitesque ducesque fideles,
 Nec potuere magis certi meliusve probati
 Nec quorum ductum magis observare deceret
 Nos eum semper. In hac tum caussa. Tu precor ipsa
 Diva virum visendum des ducasque sequaces.
- 370 En tibi paremus, quo monstres, cumque sequemur.
 RELIGIO. Haud mora adeste: suo vos tutos limine sistam,
 Nam puto nulli ipse atque mihi sic undique notus
 Quippe meo ductu solius ducitur ipse,
 Quidquid agit, loquitur, meditatur, me aspicit unam,
- 375 Soli cuncta mihi sua percipit acta probari.

MERCURIUS. Heus, magne Apollo, quis sit ordo congruus
Ibi tenendus, nunc praestat decernere.

APOLLO. Rite mones, fiat! succedes mox ubi abibo,

Alter Aristoteles, Ptolomaeus at inde sequetur,

³⁸⁰ Succedes Phario Cicero, Demosthenes, autem
Sermonem excipiet Maro. VERGILIUS. Cuncti iussa sequemur.

MERCURIUS. Eamus ergo, ne aptum tempus effluat.

RELIGIO. Sat nam conclavi isthoc Praesul, credo, tenetur:

Docta comes, peragas propriam mihi proxima caussam.

³⁸⁵ RESPUBLICA. Fiet. RELIGIO .Iam tandem sua nunc licet ora tueri.

Alloquar hunc primum, vos posthac quisque secuti.

Religionis ego quae sacro nomine dicor,

Sublimi, magne o Praesul, dignate decore,

Prima tibi de me genitam fero et opto salutem,

³⁹⁰ Tu quod colapsae, quod iniquo pondere pressae
Praebueris dextram, facile quod viribus aequis

Iuveris et miserum crudeli vulnere corpus

Foedatum cupias suavi medicamine clemens

Sanare et nunc praecipue cum Varmia et omnis

³⁹⁵ Qui hanc sequitur tractus, curae commissa fideli

Rite tua sit, ut hanc sacrato iure gubernes:

Nostro quae est aequo iuri adversata frequenter:

Nunc, inquam, cognosco tui maiora favoris

Indicia. Acsi quid veri mens augurat aegra,

⁴⁰⁰ Spero fore et cerno bona iam fundamina iacta,

Non tua proficiet pravi erratique magister

Ficta, Luthere, fides tua vel qui castra sequuntur,

Et frustra hoc virtus tua me sperare probata

Admonet et certi toties data signa favoris,

⁴⁰⁵ Dum studio vigili ritus defensor aviti

Scriptis et iure oppugnans praeclara trophaea

Victor ex hoste refers nostro erroresque refellis

His animata tibi, Pastor, posperrima quaeque

Exoptans, cupio ecce tuo sub tegmine certo

⁴¹⁰ Defendi, notum mihi contemplata iuvamen.

Namque iuvare potes, quidnam virtute regendi

Conspicuus tanta nequeas, iura omnia sumas

Velleque non dubito, nam sensi saepe iuvamen.

En tibi iusque meum meque ipsam tradere conor.

⁴¹⁵ Ipse gubernando subeas saevisque procellis,

Quales Sarmatico hoc multae visuntur in alto,

Iactatam fluctu eripias ducasque per aequor;

Ei facias clarumque manu prudenti gubernes.

Neu male quam metuo fluctu ne absorbear imo!

⁴²⁰ Cernis nam, prudens Rector, non cernere tantos,

- Qui possis flatus tempestatesque fragosas,
 Quas tibi in hoc vasto pelago sedare licebit,
 Occidat ut fastus rectique inimicus et aequi,
 Perdat avaricies, quae late iura tenebat,
 425 Rursus et incipiat Duce te Pruthena iuventus
 Ocia damnare et iusto indulgere labori.
 Ipsa mali funesta lues, faex, pestis origo,
 Exilium ebrietas alio sub sole iacentes
 Quaerere cogatur terras, malesuada voluptas
 430 Cum socio luxu, procul orbe fugetur ab isto
 Atque malis veniant pulcherrima quaeque fugatis:
 Ordine mutato facies procedere rerum
 Incipiat nova. Tu Deus haec mea vota secundes.
 RESPUBLICA LIT. Illa ego quae semper fueram, dignissime praesul,
 435 Clara, meo florens Regno Litteraria laude
 Omnibus et rebus multum versata facultas,
 Qua clarae quondam creverant praeside Athenae,
 Romanis rerum dominis charissima semper
 Extiteram, patulum quorum nunc gesta per orbem
 440 Atque mei caussa suscepto rite labores
 Aequaverunt fama stellantem laudeque Olympum.
 Illa ego fausta precor tibi, praesul, teque saluto
 Fida comes Sophiae, Regina scientiae dicor.
 Ipsi congenita et nullo debilis aevo
 445 Quae rutilo summi solio est astare Tonantis
 Assueta, immensos coeli ante decemplicis orbis
 Excussos fastosque globos splendoris amoeni
 Ante fretum flatus ignes terrasque iacentes
 Ante lenem coelo positam sine corpore gentem,
 450 Undigenae pecudes errabant aequore necdum
 Aethera nec pennis radebant picta volantum
 Brachia montivagasque feras nescivit opaca
 Tellus, cum Sophiae soror ipsa et amica salutor,
 Qua reges regnant, decernunt iusta monarchae,
 455 Cuius et arbitrio Pastores atque magistri.
 Emergunt populo, illa quibus Diademata donat,
 Qua sine nil magnum, per quam miranda patrantur,
 Tanti magna sui iuris mihi pars quoque cedit:
 Viribus haud magnis egeo, non indiga et auri,
 460 Magna tamen coelo terraque potentia nostra,
 Orbis me vasti domitor rectorque superbus
 Rex Macedo coluit, cuius fastigia tanti
 Firmavi rexique throni, me saepe Pelasgi
 Praeside victores hostique fuere timori:
 465 Rectores Pharii nostro sunt lacte nutriti,

- Me felix Caesar, magnus Pompeius ac me
 Extulit, in media illorum sum castra vocata
 Incluta quosque potens heroes Roma fovebat
 Sacri pontifices delubrorumque ministri
 470 Praecipue semper nostris prudentibus usi.
 Consiliis superis chari, mortalibus autem
 Mirandi merito summeque fuere verendi
 Ultima Sarmatiae nobis Respublica cessit,
 Optima, quae semper nobis est credita multis
 475 Debita laus propriusque locus censusque dabatur.
 Immemorat patrum soboles paulo ante Polona,
 Immeritam heu tanto spoliare studebat honore
 Quod genus hoc hominum regum arcebamur ab aulis,
 Templa Dei tuto vix iam servare licebat
 480 Ac nisi fors sanctos Hosios rarosque Cromeros
 Paucosque his similes nunc terra Polona tulisset,
 Ni quoque vestra fugam prendisset dextra parantem
 Non me forte ultra haec tellus vidisset iniquam.
 Sed vobis ducibus me sustentantibus aegram
 485 Caetera turba simul vestra haec documenta secuta
 Erigit ereptosque prius iam reddit honores
 Maioraque boni mens praesaga augurat olim
 Rege futura simul Stephano ista et te praesule tanto
 Te duce sublimem Pruthenis laude futuram.
 490 Vive modo patriae decus et spes, vive valeque!
 En tibi me trado, quis nam te praeter in ora
 Prussicae restet miserae pater atque patronus.
 Tu pastor tutorque, mihi quem fata dederunt,
 Sis bonus o felixque suis vivasque beatus!
 495 APOLLO. Sum Saturnigena patre et Titanide cretus
 Latona Deloque pariter gemina edita proles,
 Arcipotens iaculisque procul distantia tangens,
 Inventum medicina meum Cytaraeque canorae
 Carminis idem author, turbae praesesque novenae
 500 Auguriique parens, fatorum arcana resolvens,
 Lauripotens toto Delphis notissimus orbi,
 Qui viridi solitus circumdare tempora Daphne
 Eximiumque decus nostris concedere alumnis,
 Me reges bellique duces plebemque regentes
 505 Pontificesque pii cupiere sibi esse benignum,
 Pars quibus optatae fuerat mea gloria vitae.
 Sed quid ego haec refero, cui quam tibi notior esse
 Sollicitus qui ceu pauci mea munera curas.
 Saepius haud usquam nostro Heliconis in antro

- 510 *Conspectus miscens nobiscum fronte serena
Sermones, suetus sic taedia lingua levare
Et socias nostras Divini Heliconis alumnas
Millibus ex multis solus colere atque probare,
Quae tibi nunc nostris verbis, amplissime praesul,*
- 515 *Ut fas est meam dicunt cupiuntque salutem.
Munus ut hoc obeas tam sacratum omine fausto
Sospes et incolumis, felix sanctusque precantur
Seque suasque tibi spes omnes tradere certant
Praesidioque tuo defendi supplici vultu*
- 520 *Exposcunt et opem celerem notumque iuvamen
Implorant (miserum) multis ab sedibus actae
Immerito exilio coguntur vertere terras
Optatas; non te pigeat concedere sedes
Membraque fessa fuga longa relevare quiete.*
- 525 *Agnoscut benefacta tua in se. Namque vocatas
Braunsbergam se opera ante tua persaepe fatentur.
Sed locus exiguis conclusus finibus idem
Euterpen simul Uraniam pluresque sororum
Excludit coetum et multum disiungit amicum.*
- 530 *Quis nisi tu valeat, sat norunt, ferre iuvamen
Velleque non dubitant, maneat modo vita superstes.
Haec tibi voce mea transmisit turba novena;
Hoc idem et ipse peto. Tibi prospera quaeque futura
Auguror ni frustra cognominor Augur Apollo.*
- 535 *MERCURIUS. Iovis vel Athlantis parentum nomina
Maiaeve matris, Coducae vel mei
Vires loquendi, copiam vel caeteras
Meas facultates tibi non expedit
Me edisserere, sat nota namque haec omnia*
- 540 *Nil ambigo tibi. Quin cui notus magis
Tibi quam, patrone Musarum, esse possiem?
Percalluisti singulas artes meas,
Ut nil latere te posse amplius putem
Rerum mearum, sint licet arduae satis.*
- 545 *Licet ipse Deus haud te superare possiem:
Vis maior isthoc, Pol, caduceo haud inest,
Tuae dissertae est quam linguae facundia,
Nec maxumus sane novi an ego nuncius
Deumque legatus perfeceram Iovi,*
- 550 *Deum parenti supremo atque maximo,
Legationes quam tu vel tam splendidas.
Quid plura nulla in re meae tu gloriae
Concesseris lubens id do concedoque,
Tibi namque te uno digniorem neminem*

- ⁵⁵⁵ Hic cerno, cui non invideam mea munera.
Quin opto magis et faveo faustumque exitum
Te consequi precor huius quod fers muneris
Amplissimi laudemque ferre maxumam;
Saluteque frui te precor optatissima!
- ⁵⁶⁰ Solum velim hoc unum te, Praesul optume,
Esse hic rogatum, nostris ut fidelibus
Ministris nostro qui censentur nomine
Coluntque studia, non tuam neges opem.
Namque mihi (verum enim fatendum est) sceptriger
- ⁵⁶⁵ Non solvit ut prius, pater stipendium,
Legationes quod non habeat amplius,
Queis functus olim eram ad homines saepissime:
Quare meis ut solvam debita praemia,
Non suppetit facultas, posse te satis
- ⁵⁷⁰ Novi iuvare necessitatem istam meam.
Nec dubito velle, quamvis iam caussa mei
Sat multa feceris, fateri debeo,
Implens Colonis Prussiae fines meis,
Non ambigo tamen plura facturum brevi,
- ⁵⁷⁵ Modo maneat superstes et felix diu
Vita tibi, quod cupio meum et collegium!
ARISTOTELES. Salvere te, praesul, precor
Ego sophorum maximus,
Qui docta tot volumina
- ⁵⁸⁰ Labore sedulo edidi:
Multos iuvare gestiens
Nomenque posteris meum
Volens celebre reddere
Perenne et cosequi decus.
- ⁵⁸⁵ Nec irritus noster fuit
Conatus ora per virum
Ferebar et nunc floreo
Per multa mundi climata.
Sed, heu, dolor multis locis
- ⁵⁹⁰ Olim, quibus nitens eram
Dulci Hellados ceu patria
Sepulta nostra memoria,
Vix fama tenuis permanet
Nec hoc satis, sed in dies
- ⁵⁹⁵ Serpit malum istud latius.
Notis fugor nam sedibus
Ut sit necesse quaerere
Novos recessus exulium.
Tamen boni haud desunt viri,

- 600 Qui me fugatum recreent
 Et praebeant domicilium!
 Quos inter et (primus pater)
 Omni colens me tempore
 Verum tenere perpetim
- 605 Tellure Pruthena locum,
 Ut ceteris provinciis
 Fines per Europae licet,
 Velim liceret hic aedem.
 In te sita est spes unica,
- 610 Quam nota humanitas mihi
 Auget pia et benignitas
 Amorque nostri maxumus
 Isthacque spe Cyllenius
 Ramo potente dextera
- 615 Quem gestat, excitum modo
 Eduxit Elisiis locis
 Aurasque iussit visere
 Collegii ac orae istius
 Me compotem vitae fore.
- 620 Spondens per amplam Prussiam,
 Quod me iubet clementia
 Sperare nota sat tua
 Vitalis aura suppetat,
 Modo tibi, eadem perfruar,
- 625 Summus sator coelestium
 Te dextera regat sua!
 PTOLOMAEUS. (iamb. trim. brachic). Immensa coeli spatia et orbiurc
 Conversiones motus siderum
 Affectionesque horum et mutuos
- 630 Aspectus et quid is proprium,
 Probe omnia contemplatus polo
 Terras repeto te praesulem pium
 Salutaturus quaeque et prospera
 Tibi precaturus et amplissimum
- 635 Hoc gratulaturus munus sacrum;
 Hoc namque clara mandant sydera
 Magnaque spondent te illustrem fore
 Honore et haec tibi me dicere
 Iubent: Leonis nam decimam Iovis
- 640 Domum pergans sextili aspicit
 Phoebum angulo, Cyllenius tenet
 Huic proximam sedem almae Virginis.
 Iubent simul venire supplicem
 Tibi meaeque sorti consulas

- 645 Tellure et hac extorrem patrio
 Susceptum animo honores praestes locum
 Sublimem, alicubi celsa sydera
 Spectarier licet ut libere.
 Vel cum socio Aristotele me optume
- 650 Sat convenire posse noveris,
 Quod me tuus sperare maxumus
 Erga me amor iubet, coelum quoque.
 Quod te facere novi semper, quam plurimi
 Idemque fausta futura nunciant.
- 655 DEMOSTHENES. Quondam tenere qui coetus homium gravi
 Oratione suetus mentes et vagas
 Inflectere et quo volui unde volui dextere
 Deducere et quem dictione Oenotria
 Tu partia et Theutonica perdocta exprimis,
- 660 Magnum Senatum saepe lingua dirigens,
 Ceu clavus unus navem controquet cavam.
 Ille, inquam, ego qua possum fandi copia
 Te praesulem multum salutatum velim
 Conctaque precari tibi velim prosperrima,
- 665 Et iure nam tuam saepe in me conditam
 Expertus ante fueram benevolentiam
 At nunc meo spes animo exoritur certior,
 Postquam te honore tanto cerno splendidum
 Et latius dominante quam suetus prius
- 670 Me te penes certum repertum locum.
 Olim mihi cum sic privatus faveris,
 Etsi tuis ante haud penitus his finibus
 Exclusus ego fuerim, tamen certissimam
 Possesionem nunc me hic habiturum autumo.
- 675 Nunc ideo venio ad auras huius aetheris,
 Ut hic dein permulta vivam saecula,
 Nam cum patria mea est iam facta barbara,
 Taedet manere vel vivere ibi sed mage
 Tellure in hac constituere patriam novam:
- 680 Modo idem tibi placeat, placere haud ambigo.
 CICERO. (tetram. iamb. acatal.) Non me venire, Praesul, supplicem
 tibi ceu caeteros
 Socios meos puto esse necesse, sedes quo mihi liberas
 Latis tuis concedas finibus, quin potius gratiae
 Sunt a me agenda tibi, quod semper hactenus me humaniter
- 685 Colueris ipse, tuis et arduis prudens negotiis
 Adhibueris socium et arbitrum, studiose observans modos
 Nostros loquendi scriptis, quos etiam tuis docte inseris

Unusque regno hoc fere quod sis repertus, qui reddas mihi
Vitam tuoque exemplo plures ut idem faciant excitas.

⁶⁹⁰ Non solum id inquam quod aliis praestas, verum his nomen meum
Studes propagare et foves veriis modis, omnes eos,
Qui nos amare prosequuntur studia et nostra qui coulunt
Multoque nunc magis facturum idem dubitare non licet,
Si te satis probe novi tuamque in me observantiam.

⁶⁹⁵ Dignum ergo et aequum me salvare plurimum te exposcere,
Quaevis tibi exoptare felicissima et prosperrima
Tantique muneris laudatum regimen et finem bonum.
Quae vota numen o utinam coeleste comprobet mea.
VERGILIUS. Vergilius multo ante tibi bene tempore notus

⁷⁰⁰ Illustri, Praesul, venerande, insignis honore.
Qui quondam cecini sylvas, rura, arma, ducesque,
Qui Macenati Thusco charissimus atque
Augusto fueram, claro summoque monarchae,
Nec minus haud fallor tibi me horum quoque haberi,

⁷⁰⁵ Cum mea sic monumenta tibi sint visa probari,
Ut velut ipse manu haec solitus versare frequenti
Sic alios ad idem studium inflammare fovere
Non renuis fidos nostros clementer amicos.
Numina sancta tibi precor haec benefacta rependant

⁷¹⁰ Optataque diu tribuant gaudere salute.
Ex animi votis succedere cuncta peropto.
Tum maiora etiam certum est sperare licebit
Perpetuoque tuum clarescet nomen honore.
Vive diu felix, o spes mea, vive valeque!

Noty

I. KOMENTARZ

¹⁷: *Thespieae* — miasto w Beocji u stóp Helikonu
w. 25: *Delius* — przydomek Apollina; por. Cic. De nat. deor. III, 88.
w. 32: *Branchus* — syn Apollina, protoplastyka rodu Branchidów,
dziedzicznych kapłanów Apollina w świątyni i wyroczni w Didyma, w po-
bliżu Miletu.

w. 43: *Smyntheus* — imię Apollina od miejsca Smynthe w Troi,
gdzie był kult Apollina.

w. 65: *Paphasia* albo *Passaria* — rzeka Pasłęka, czasami nazywa-
na Pasargą.

w. 68: *Castalius* — od źródła Castalia u stóp Parnasu poświęconego
Muzom; *Hippocrene* — źródło na Helikonie, które Pegaz miał wy-
bieć kopytem; por. Ov. Fasti V, 7.

w. 69: *Aganippe* — źródło przy Helikonie w Beocji Muzom poświę-
cony.

w. 73: *Borussia* — Prusy.

w. 76: *Braunsbergae*, Brausberga, Braunsberga, Brunonis Mons — Braniewo.

w. 85: *Cyllenius* — przydomek Merkurego od miejsca urodzin Cyllene, góra w Arkadii.

w. 124: Kardynał St. Hozjusz wyjechał na stałe do Rzymu 20 VIII 1569 r. Administratorem biskupstwa warmińskiego został Marcin Kromer.

w. 134: *Mavors* — nazwa Marsa jako pogromcy.

w. 136: Aluzja do niemieckiego pochodzenia M. Kromera. Czuł się zawsze Polakiem („*Polonus sum fateor, iam inde a parentibus, avis et proavis, qui ex Germania fortassis unde complures honestissimae familiae Polonicae prodierunt...*”) i był pierwszym biskupem Warmii który świadomie prowadził polską politykę i decydująco wpłynął na polszczenie się Kapituły Warmińskiej: por. A. Rogalski, *Kościół katolicki na Warmii i Mazurach*, Warszawa, Pax 1956 s. 207; J. Giertych, *Oblicze religijno narodowe Warmii i Mazur, ziem etnicznie polskich na podłożu pruskim*, w: *Sacrum Poloniae Millennium*, Rzym 1957 t. IV s. 289.

w. 138: *Clius* — przydomek Merkurego.

w. 145: por. w. 25

w. 146: *Cynthius* — przydomek Apollina.

w. 173: *caducus* — laska okręcana węzami, rekwizyt Merkurego: por. Verg. Aen. IV 242 nn.

w. 190: M. Kromer kilkakrotnie udawał się z misją do cesarza Ferdynanda I w Wiedniu: por. wstęp do dialogu; w 1569 r. dyplomacja polska pośredniczyła w zawarciu pokoju między Danią i Lubeką a Szwecją W rokowaniach uczestniczył M. Kromer.

w. 228: *Maeonis* — Homer, od krainy Maeonia (Lidia), gdzie się miał urodzić.

w. 232: *Thetis* — nimfa morska Nereida, żona Peleusa, matka Achillesa.

w. 249: *Elysium* — siedziba szczęśliwych w podziemiu: por. Verg. Aen. VI 538.

w. 255: *Virga* — różdżka, rekwizyt Merkurego czyli laska otoczona węzami czasem nazwana kaduceuszem. Wergiliusz (Aen. IV, 242—246) tak opisuje moc laski:

„*tum virgam capit; hac animas ille evocat Orco
pallentes, alias sub Tartara tristia mittit,
dat somnos adimitque et lumina morte resignat,
illa fretus agit ventos et turbida tranat
nubila;*”

w. 258—9: *Maschemach Satan Baal Alluf Isanim* (hebr.) — imiona demonów: por. w. 260.

w. 260 nn: Kabalistyczne i mitologiczne imiona demonów i bóstw: *Maschemach* — *Mastema* (?), anioł Jahwe: por. Ex. IV 24.

Baal — bóstwo pochodzenia fenickiego znane u wielu ludów.

Alluf — wampir rodzaju żeńskiego lub pijawka: por. Przyp. XXX 15.

Isanim — imię nieznanne

Jehonion — imię nieznanne

Helion — Helios(?) — bóg słońca

Stybaron — imię nieznanne

Dion — *Dione*(?) — tytanka, córka Okeanosa i Tetydy, matka Wener-y.

Charon — syn Erebu i Nocy, przewoźnik dusz w podziemiu.

Archon — *Arche*(?), nazwa muzy

Scotion — Ciemność

Erynnis — *Erinnys*, furia, *Erynia*

- L a t o — Latona, córka Tytana Kojosa
 A t r o p o s — imię Parki
 H a c a t e — bogini księżycy i czarów, córka Tytana i Asterii.
 C e r b e r u s — pies o trzech paszczach strzegący wejścia do podziemi
 P l u t o — bóg podziemia, brat Jowisza i Neptuna
 P r o s e r p i n a — małżonka Plutona, bogini podziemia
 T r i f o r m i s — Chimera (lew, wąż, koza) lub A r t e m i s (Luna, Diana, Hecate)
 H e r e b e — Erebus, ciemność, świat podziemny bóg ciemności, syn Chaosa
 S t y x — rzeka w podziemiu, na którą bogowie przysięgali
 T i s i p h o n e — jedna z jędz piekielnych, mścicielka morderstw
 L e t h e — rzeka w podziemiu, z której umarli pili wodę zapomnienia.
 w. 303: M. Kromer mając zaledwie 20 lat dokonał przekładu traktatu Arystotelesa o młodości i starości
 w. 351: R e s p u b l i k a L i t t e r a r i a — Bractwo Literackie znane już w XIV w. szczególnie aktywne w czasach Zygmunta III w krakowskim i na Rusi Czerwonej. Należeli do niego przeważnie duchowni. Celem bractwa było utworzyć intelektualną elitę religii katolickiej
 w. 639 nn: Horoskop tu przytoczony pozwala ustalić szczegółów przez biografów nie notowany — mianowicie miesiąc urodzin M. Kromera: sierpień 1512 r
 w. 658: O e n o t r i a — Italska, od króla Sabińskiego Oenotrius
 w. 702: C a i u s C l i n i u s M a e c e n a s — pochodzi z etruskiego (Thuscus) rodu królewskiego, przyjaciel i doradca Augusta opiekujący się grupą poetów także Wergiliuszem, którego obdarzył posiadłością z pięknym domem w pobliżu Neapolu. Wergiliusz (Georg. II 40) nazywa go: „O decus, o famae merito pars maxima nostrae, Maecenas, pelagoque volens da vela patenti.”

II. SIMILIA

- w. 1: por. A m p h i t r u o P l a u t a, w którym prolog również prowadzi Merkury; na marginesie — cetera ut supra — por. *Dialogus de Pace ad regem Stephanum Batory ww. 422—430 w: Humanistica Lovaniensia XXI (1972) s. 214; Delius... summaque biverticis umbra Parnasi residens: Stat. Theb. I, 628*
 w. 31—32: accedam alloquor — często Plaut np. adibo atque adloquar: Bach. 978; uti adeam atque adloquar; Merc. 712
 w. 40: Maia genitum demittit ab alto: Verg. Aen. I, 297
 w. 47: Lynceus lumine immisso violet: Sen. Med. 232
 w. 101: Sub luce maligna: Verg. Aen. VI, 270
 w. 156: Crebris diurnis nocturnisque eruptionibus: Caes. Gall. VII 22, 4: vox exemplaria Graeca nocturna versate manu, versate diurna: Hor. Ars. 269
 w. 295: Nunc augur Apollo: Verg. Aen. IV 376
 w. 334: por. w. 211
 w. 344: O quam te memorem, virgo? namque haud tibi vultus mortales, nec vox hominem sonat; o, dea certe; Verg. Aen. I, 327—8
 w. 387: por. w. 348
 w. 426: et insano iuvat indulgere labori; Verg. Aen VI, 135
 w. 429: et metus et malesuada fames ac turpis egestas: Verg. Aen VI, 276
 w. 430: n: por. Verg. Ecl. IV; Ov. Met I, 1 nn.
 w. 434: Ille ego qui fuerim...: Ov. Ep IV, 10, 1
 w. 498: inventum medicina meum est: Ov. Met. I, 521
 w. 534: nunc augur Apollo: Verg. Aen. IV, 376

w. 552—555: por. ww. 191—194
 w. 542—551: por. ww. 171—178
 w. 661: clavumque ad litora torquet: Verg. Aen V, 177
 w. 701: por. epigram wryty na kamieniu grobu Wergiliusza pod Neapolem czasem przypisywany samemu Wergiliuszowi — „Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope; cecini: pascua, rura, duces.”

III. UWAGI TEKSTOWE

w. 43: nad perfecti — feci: autor przekreślił peregi
 w. 69: dopisany na marginesie
 w. 82: na marginesie: Est mentis
 w. 83: na marginesie: Ignotus est locus is non est meo coetu
 w. 93: w kod. percrebuerat
 w. 129: pod Qui sit — (Quominus conspicio)
 w. 136: nad Germani doctique Latini — Cum Theutonibus przekreślił autor
 w. 143: nad pio — meo
 w. 204: pod coetum — gregem
 w. 232: pod Thetin — Thetidem
 w. 233: pod mox faxo ceu — accersam vel
 w. 297: nad Hunc igitur — Ipsius ergo hunc;
 w. 298: nad prosper — faustus
 w. 356: pod nunc — hoc
 w. 373: nad ductu — suasu
 w. 452: nad Brachia — corpora
 w. 468: w kod. heroas
 w. 472: na marginesie summeque
 w. 472: na marginesie summeque
 w. 473: nad ultima — haec quoque
 w. 562: pod ministris nostro qui cencentur... — sequacibus nostro qui gaudent...
 w. 590: nad nitens — volens: pod nitens — florens
 w. 630: nad is — his

*Aleksander Soczewka
 Warszawa*